

2: (SIR)

1639.

V I T A
EXCELLENTISSIMI
 IVRIS MONARCHÆ
MARTINI AB AZPILCVETA
 DOCTORIS NAVARRI.

SIMONE MAGNO RAMLOTÆO BELGÆ
 l. v. Doctore, Autore.

Corporis effigies hæc est reuerenda NAVARRI.
 Mentis sed MAGNI Scripta diferta dabunt.

Añ. Dñi:

M. D. LXXV.

Ætatis

LXXXII.




ROMAE, Apud Victorium Elianum,

M. D. LXXV.


Cum licentia Superiorum:

Handwritten note:
 H. P. Vis.
 scutalano.



AD SIMONEM MAGNUM.

Corporis effigiem potuit licet ipsa **NAVAR.** 1,
Mentem non valuit pingere docta manus.
At quam non potuit Pictor depingere, nobis
Ad viuum dulci **MAGNE** lepore refers.



Ad Illustrissimū, omniq; virtutum heroicarum
genere Clarissimum Cardinalem


235

FRANCISCVM ALCIATVM

SIMONIS MAGNI RAMLOTAEI BELGAE

I. V. Doctōris.


Hendecasyllabon.

 Illustrissime Præsul ALCIATE,
Clarum PURPUREI iubar SENATVS
Viua quam memini referre voce


Iampridem tibi, non graue audienti,
En vitam damus illius NAVARRI
A Gange, occiduas ad vsq; Gades
Cuius fama volat per ora virum
DOCTORIS, similem cui Monarcham
Iuris, secula prisca non tulere,
Non præsentia, non ferent futura.
Isthæc, nominibus tibi quòd essem
Deiunctus varijs, sed & NAVARRVS
Quo non STEMMATIS alter ALCIATI
Mirator magis, æquiorue cultor,
Certum grati animi futura pignus,
Sacra intrepidè tui sub vmbra
Prodit nominis: Ipsa te PATRONO,
In lucem caput exeret, petulcæ
Spernens verbera virulenta linguæ:
Nec ronchos metuet seueriorum,
Qui gannitibus improbis laceffunt,
Pellem rodere nec finunt caninam.
Hoc abs te peto, flagitoq; supplex,
Tanto vt prosequier velis fauore,
Hunc semper tibi deditum Clientem:
Vultu suscipias vti sereno,
Quale hoc cumq; tibi munus dicatum;

A 2

(Rubro



Rubro et si petaso, infulisq; clarum
Maiores addeceant) ferasq; culpam,
A damno omnia facta tecta praestans,
Et morsus clypeo tuo retundens
Nil non vel temere calumniantum.
Huic (si contigerit) tuo favori
CROESI diuitias nec antepo nam,
Nec gemmas magis fecero, nec aurum,
Non emblemata, sericasq; vestes,
Non rubri nitidos maris lapillos,
Non quaecumq; etiam miratur Orbis.
Dicat, qui volet, esse nos ineptos,
Auræ vel popularis appetentes:
Scripta hæc iudicio modò approbari
Tanti cernere Præfulis licet bit,
Tu nostri memor interim benigne
ANTISTES, columis, diuq; viuas:
Te in terris SVPERI beare tandem
Acternumq; velint, vti mereris.



V



ne
(r
ru
ex
at
fu
ri
tu
ro
st
Q
q
c
al
H
A
s
to
in
it
n
d
c
s
C
r
t
:

VITA EXCELLENTISSIMI IVRIS MONARCHAE

237.

MARTINI ab AZPILCVETA Doctoris Nauarr.

SIMONE MAGNO RAMLOT AEO BELGA
I. V. Doctore, Autore.



I olim Pictores & Statuarij præcellentes, qui statuas & ima-
gines, non animorum, sed corporum simulachra, qui autem
nata, qui trophæa docta manu fabrefacta, præcorum memo-
ria dicabant, eorumq; præclarè gesta ab obliuione vindicare
pro sua virili satagebant; perennè nominis sui memoriam
ad Posteròs & nepotes suos transmittere se existimabant. Si
scriptores cum graeci, tum latini, ingenio & eloquentia præ-
stantes, qui vitas Imperatorum, virorumq; bellicæ laudis,
aliaue haud ab simili gloria clarum, vel omnino a religio-

ne nostra abhorrentiù, & nonnunq; condigno detestabili vita exitu dauntorum
(ne idem tumulus qui corpus eorum contegeret, nomen etiam obtrueret) Matera-
rum monumentis mandabant, & stilo, seu oratione (quæ pictura ad id quod vult
exprimendum, & veritatem oculis subiiciendam longè est efficacior) illustrabant,
atq; perpetuabât, summo semper in honore habiti sunt. Potiore sane qui semper
suspiciendos, maioreq; honore cohonestandos semper censur eos, qui id officij vi-
ris sanctitatis & eruditionis nomine clavis præstandam sibi putarunt, ac vere vir-
tutis in eis relucens memoriã, eorumq; velut excellens quoddam archetypum,
ad quod nostras omnes actiones referamus, moreq; & vitam componamus, Chri-
stiano homine digna oratione, mortalium medullis insigunt, velutiq; insculpunt.
Quid enim aut Ethnicis illis occasura cum seculo scriptorum gloria profuit? aut
quid posteritas emolumentum tulit, legendo HECTOREM, SCIPIONEM, MAR-
CELLVM, FABIVM, CAESAREM, ALEXANDRVM, HANNIBALEM, & id genus
alios fortiter pugnantes? Aut PROMETHEVM, PYTHAGORAM, XENOPHANEM,
HERACLITVM, EMPEDOCLEM, GORGEAM, EPIMARCHVM, PARMENIDEM,
ARCHYTAM, ZENONEM, DEMOCRITVM, PROTAGORAM, PLATONEM, ARI-
STOTELEM, SOCRATEM, DIOGENEM, & alios eius furuis Ethnicos philosophã-
tes? quandoquidem eos non modò imitari stultitia maxima, at non accinnè etiã
impugnare, vesania sit. Quippe, qui hanc vitam presentibus duntaxat actibus æ-
stimantes, spes suas fabulis, animas sepulchris dedere; & dum perennem honinũ
memoriam sectati sunt, æternam vitam (quam non pugnando, aut philoso-
phando, sed sobriè, iustè ac pie viuendo quaerere decebat) negexere. Ceterò, ut qui assid-
uè aliquid atrociter fieri legunt, vidènt vel audiunt, et tamsi natura inuillim sunt,
assiduè tunc molestiarũ, sensum omnem humanitatis exuunt: ita, qui virorum lau-
diorum res gestas assiduè voluunt, meditantur, iuminant, haberi & esse in se
te deposita, humanitatem induit: adeoq; nil rerum omnium, quibus ad virtutẽ,
pietate n. Dei cultum & studia incitamus, est, quod non per se excuset, ac sumi-
tandi ij nobis proponantur, quibus ob singularem tantissimo eius nomis, opi-
ationem ab omnibus plurimum tribuitur: qui nimitum vana illa Ethnicorum
A 3 habita

habita militia, & philolophia (quæ ni perpetuo erga summum Deum amore studioq, fulciatur, insipientia potius dicenda est) ad veram legis diuinæ sapientiam (cui cæteræ disciplinæ suos falces submittere debent) & cœlestis Imperatoris militiam sese contulerunt. Cuius rei nequaquam inscij **CLEMENS D. PATRI APOSTOLORVM** Principis discipulus, & **FABIANVS**, ambo Pontifices Max. in numerum sanctorum relati, indubitatae fidei in diuersas orbis plagas misere notarios, qui martyrum ac virorum sanctitatis nota insignium eximia facta ad cæterorum qui **CHRISTI** fidem profitebantur exemplum, fideliter detriberent. Nimirum sanctorum virorum, qui se totos diuino ministerio dedicauerunt, exemplis, velut stimulis quibusdam, ad eorum virtutes imitandas incitamus, & (si magno **BASILIO** credimus) qui sanctorum res gestas sedulo perlustrat, optimè suæ vitæ prouidet. Nā vt in arguendis malis, correptio cæterorum est, ita, conferunt non parum præclaris ingeniis gesta Sanctorum ob oculos posita, quæ nobis subdunt tanquam calcæ & incitamenta quædam ad eorum quos laudari conspiciamus æmulationem. Et quidem existimo Maiores nostros, & luculentas orationes quæ in virorum Illustrium funeribus, aut publicis triumphis habentur: Imagines denique, ac trophæa, quæ eorum consecrantur memoriæ, non tam ipsorum laudes, & gloriam spectare, quàm Posteris consequendæ virtutis eorum, exempla præbere voluisse. Sæpe audiui (inquit **Salust.**) **Q. Max. Pub. Scipionem**, Præterea, Ciuitatis nostræ præclaros viros solitos ita dicere, Quum Maiorum imagines intuerentur, vehementissimè animum sibi ad virtutem accendi: scilicet, non materiam ipsam, neq; figuram, tantam vim in sese habere, sed memoria rerum gestarum, eam flammam egregijs viris crescere, neq; prius sedari, quàm virtus eorum famam atq; gloriam adæquauerit. Cum itaq; vitæ sanctimonia venerandi senis **MARTINI AB AZPILCVETA** **DOCTORIS NAVARRI** virtutes, quasi mercedem rerum præclare gestarum, ab eruditis iure quodam reposcerent, vt in memoria hominum, tanquam in luce ponerentur, inq; orbis totius, imò seculorum omnium theatrum producerentur: eiq; obstrictus esset memoria beneficii sempiterna: adeoq; ex eius vita summa omnium mortalium admiratione digna, singularem utilitatem ad omnes vitæ nostræ partes, functionesq; permanere posse haud obscurè animaduertentem. Operæ sanequidem pretium putauit, si eam quam mihi & fratri meo **LYDOLICO MAENO** **Rupesfortensi Decano**, necnon clarissimis ac nominis mei studiosissimis **viuis ANTONIO GHENART** **Leodiensi Canonico**, summo Theologo, & hæreticæ prauitatis apud Eburones Inquisitori: **IOANNI BRICLIO** **DIUI DIONYSII** **ibidè Decano**, **FRANCISCO FRAPONTO** **Leodio Iurisconsulto celeberrimo**, Illustrissimiq; Principis **Leodini Cōsiliario**: & **D. IOANNI BALLANO** **Andaginensis** seu **Diui HYBERTI** in **Arduenna Priori**, cognato meo, priuatim describeret: publico mortaliū vlti cognoscendā, imitandāq; proponerem. Quæ in re, ita nostri quoque rationem compendii duximus, vt non inanem ab hominibus memoriam, sed æternum a Deo Opt. Max. præmium expectemus. Etsi nāq; ipsi non ita viximus, vt exemplo aliis esse possimus, dedimus tamen operam, ne is lateret, qui esset imitandus, & qualequale talentum quod Dominus nobis credidit, in cōmunem conferimus utilitatem: quò nimirum vlturam exigenti, qui sortem commisit, si nihil aliud, certè conatum, sedulitatem & promptam animi voluntatem vice scænoris exhibere valeamus. Cæterùm, quū totius vitæ ipsius curiculū adeo illustre sit, vt ne si ipse quidem **Tullius** ab inferis resurgeret, uirtutes eius pro meritis & dignitate posset explicare, neque sum inscius, me præcone balbutiente non egere, aut tam

tam
reor
perit
na p
niun
mis
viri
pict
ris a
cuiq
git q
tion
æqu
post


nate
virt
tent
geri
fuer
Viu
tale
adu
tribu
uera
pari
da p
qui
sub
mir
cun
ceu
cillo
pro
has
præ
mo
gnæ
Ma
sup
nec
lice
&
qu
tor

tam insulso pingi mereri artifice, mediocritatis meae nequaquam ignarus: Vereor equidem, ne sicut omnis materia, quantumvis excellens & pretiosa, si ab imperito artifice composita fuerit, non solum deformitatis, verum etiam ruinae damna patitur, ita, dum omnium mortalium voce, ac praedicatione comprobata, omnium populorum vno ore testata, mea oratione illustrare contendo: rebus clarissimis caliginem offundere videar. Et quidem, quum tanti & humanae gloriae supergressi viri laudes oratione adaequare foret difficillimum, imitabor hanc in parte Timanthe pictorem praecellentem, qui in depingenda Iphigeniae immolatione, cum paterni mortoris acerbitate condignis n. quiret exprimere affectibus, obuclauit eius caput, & suo cuique animo reliquit aestimandum. Atqui ut gemmae nitorem, ac splendorem effundit quidem, seu, verius, adumbrat Artifex, at nativam illius vim nunquam imitatione assequitur: sic etiam habet suam *ἀσπίδα* uirtus ac veritas, quam nullum aequare potest artificium. Nihilominus tamen, si quantum splendor & dignitas postulant, eius virtutes oratione complexus, aut dicendo assequutus nequaquam fuero.

Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas,

Hac ego contentos arbitror esse Deos.

At inquires, utilius longè esse, hominum memoriae, postquam anima naturae cessit, laudem dare, quam vitæ, ut illo nimirum potissimum tempore virtutum merita extollantur, quando nec laudanti adulatio nocet, nec laudatum tentat elatio. Laudandam quippe nauigantis felicitatem, at quum portum attigerit: Laudandam Ducis inclyti ac strenui militis virtutem, at ubi perductus fuerit ad triumphum: Vivos verò interdum fortunam, saepe inuidiam fatigare: Vivos omnes liuoris ventos circumflare: Quinetiam ita comparatum apud mortales plerosque, ut quemadmodum nil mali beneuolentia in amico, ita nil boni in aduersario videat inuidia: Vtriusque nimirum affectum hyperbolen in vitiis, virtutibusque alienis facere: Et ut quaedam ocularia specilla grandiora omnia quam reuera sint, oculis nostris exhibent; ita liuor, benignitasque ubi semel animum occuparint. Ne laudaueris (inquit scriptura) hominem in vita sua, quasi dicat, lauda post mortem, magnifica post cursus consummationem. Equidem, verè felicem qui temporum mutationi, & humanae vitae Euripis, adeoque salutis suae discrimini subiaceret, dici posse neminem, non ignoro: sed viri eruditionis & sanctimoniae nomine percelebris, vereque mundo mortui, & licet adhuc superstitis, in caelis tamen cum Deo ipso, angelisque ac sanctis nunquam non versantis, sanctissimam vitam, ceu virtutum omnium certissimam normam, si publicae utilitati velut leui penicillo, exprimo, dicam, an verius adumbro? quis aequus rerum aestimator factum non probauerit? praesertim, quum liberum sit alterum laudare, de quo quicquid detrahas, necessè est, aut infirmitati, aut inuidiae assignetur. Quid? quod Scriptores praestantissimi virorum bellica virtute, vel literarum splendore illustrium, non modò fato functorum, sed & superstitem, praecleara & literarum memoria digna corporis vel animi facinora, atque elogia studiosè descripserunt. Et quidem Magnus ille Iovius in huiusmodi virorum elogijs perscribendis, & imaginum supellectile comparanda, per 30 amplius annos perpetua curiositate incensus, neque diligentiae, neque sumptui pepercit ulli: Ut vel hoc solo tanti viri exemplo, mihi liceat iure optimo instituti mei veniam deprecari. Testor verò Deum Opt. Max. & Sanctos eius, me nihil in gratiam, nil more blandientium dicturum, neque, velut quaedam aëropicam cornicem, alienis plumis, fictisue coloribus, aut ascitijs Rhetorum fucis, cum adornaturum: sed candido antra o. o. n. a pro veritatis testimo-



no dicere, minorq; esse meritis eius, quem velut Christianæ pietatis nostri seculi
lumen, tota Urbs, imò verò Orbis vniuersus Christ. pleno ore canit.

Portò, vt vnde convenientissimum est, suum oratio nostra ducat exordium. Na-
tus est anno a partu Virgineo 1493. die D. LUCIÆ sacro, Parète vtroq; Nauarro,
ex illustri prosapia duorum Palatiorù Celtiberiæ siue Nauarræ, quæ Solariega eius
loci iscola turba vocat: Azpilcueta videlicet, & laueguizar siue Bazan, vnde Baza-
nes Castellani Magnates originem traxere. Ea longè ante CAROLVM MAGNUM,
Nauarreo Regno nascente, in salta Pyrenæi montis, quæ parte Vascones Celtas di-
uidit a Celtiberis, e. c. & a, in hunc diem nulla vllius dam. atæ sectæ labe contamina-
ta, in accepta per D. SATVRNINVM B. PETRI discipulum fide Catholica, perse-
uerant. Quorum quidem alterum alteri hoc solo nomine præstat, quòd est vnus
è duodecim quæ reuerato Regno surgenti regendo suere destinata. Eorum do-
mini a Catholica Maestrate ante quinquennium perpetuis stipendijs, alijsq;ue
donatijs erecti, in Pyrenæi montis angustijs aduersus hæreticos Gallos stare cœpe-
runt. Alter, nimirum Azpilcuetus Vicecomes Solinæ præfectus Roncalibus (gen-
ti omnium Celtiberorum suapte natura fortissimæ) ea in parte qua Nauarram a
Bearnio diuidit. Alter verò, puta laueguizarus siue Bazanus ea in parte qua Va-
scones Celtas a Celtiberis seingunt, in quamcumq; occasionem, cum suæ domui
confederatis ad arma paratus.

Postea hic in scenam proferre innumera, in quibus exaggerandis & amplifican-
dis, veteres Ethnicis plurimi erant, & a quibus fere huius generis orationum exor-
dia ducebant, patriæ claritate, quam etiam quidam ex illis primam partem fœli-
citatæ esse dicebant, nobilitatem generis, opes, copias bonaq; externa: Sed quum
ex philosophia etiam edocuerim, dixerimus ea vix esse nostra, canente pœta.


Et genus, & patria, & quæ non fecimus ipsi,

Fixa ea nobis voto est.

Eaq; demum sic Christiano digna nominis gloria, non quæ ex stemmatis, aut su-
molis, superbitq; Maiorum imaginibus, sed ex vita piæ, sanctæq; acta nascitur:
neque tam pulchra sit bene nati, quàm præclarum bene institui: prudens est
omnia prætereo.

Inter ipsos vero Parentum Christianissimorum amplexus & nutricum blandi-
tias, purum religionis Christianæ succum (qui qualis initio, velutiq; a puero fue-
rit, per magni intere, VT ENIM IN SEMENTE SPES MESSIS POSITA EST, ITA
TOTIUS RELIQUÆ VITÆ EXPECTATIO AB EDUCATIONE PVFRITIÆ PEN-
DET) imbibit: moxq; Christianæ religionis rudimentis, & literis quatum ea tur-
ætas capax esse poterat, imbutus, postquam ingenium adoleuit, & incuntes æt-
tule teneritatem robur adolescentiæ excepit, ijs quæ sibi nomen ab humanitate
asciuerunt literis solidius erudiendus, Complutum (quæ Castellæ nouæ Aca-
demia est) sese contulit, vbi ætatis suæ florem philosophiæ dedicauit: Tantū abest
vt cum abstulit NOSTRORVM SECVLORVM DEPRAVATA OPINIO, QUIBUS
NOBILITAS LITERARVM SPLENDORE OBSCVRIOREM SESE FIERI EXISTIMAT
Non cum vnquam aut RATIONIS INIMICA VOLVPTAS, QUÆ ADOLISCENTI-
BVS MAXIME SVIS ILLEC BRIS, ET FICTA RECTI SPECIE, PERNICIOSAS IN-
SIDIAS TENDERE, PRÆCIPVAMQVE AÆVI PARTEM SIBI VENDICARE SOLET, aut
catus humanarum rerum splendor, a studio virtutis deduxit: adeoq; ipsi cum IN-
TENS HOMINE DOCTO VOLVPTATIBVS bellum irreconciliabile καὶ πόλεμος αἰ-
ἀλλεκτος γὰρ ἀπειρος fuit. Cuncta nanq; voluptatū genera ita summus ardor in illis
dia

dia literarum restinxerat, ut ab omni earum rerum quas aut natura tribuit, aut lar-
 gitur fortuna, quasq; vulgò homines ac studiosè appetunt, cupiditate remotus, in
 Dei vnus amore atq; studijs conquiesceret. Itaq; factum est, ut ipse, qui uiuido ac
 perspicaci pollebat ingenio, multis parasangis æqualium studiorum commilito-
 nes anteuenterit, nullamq; liberalium artium reliquerit intactam: adeoq; Peripa-
 teticam philosophiam probè edidicerit. In hac tamen velut ad scopulos Sireneos
 (ut quidam assolent) ingenium suum sensim ad grauiora & sublimiora attollès,
 consensescere noluit sed sacrarum literarum studio animum adiecit. Quo quidè
 non extremis modò (quod aiunt) labiis, sed pleno ore, toto quadriennio degu-
 stato, Tholosam Gallix profectus, in Iurisprudentiæ portum sese recepit, totuq;
 abdidit. Ita verò lectiõne assidua, meditatione diuturna, & indefesso studio om-
 nes totius Prudentiæ Canonix ac legalis partes absoluit, ut nullum non sacroru
 Canonum, legumq; angulum perlustrarit, nihil tam abditum, tam varium, tam
 latens, aut retrusum, quod ille non in numerato habuerit. In summa, sic vniuer-
 sam Iurisprudentiam edidicit, imbibit, concoxit, versauit, meditatus est, ut il-
 lustribus superiorum seculorum iuris Antistibus breui par redderetur. Itaque
 Doctoris laurea, quum antea in celeberrima Tholosatum Academia magna cum
 nominis sui gloria ius vtrumq; interpretatus fuisset, Cathurci donatur. Tandè
 verò suasu Illustrissimi ac Reuer. D. FRANCISCI NAVARRI Regio sanguine orri,
 Roncæuallis Prioris, Episcopi Ciuitateñ. tunc electi, ac postmodum ad Archiepi-
 scopatum Valentinum euecti, cognati sui, Gallias non parum opum & gloriæ sibi
 promittentes, reliquit: inq; sacri ordinis Roncæuallis militiam (quæ nulli vn-
 quam de sanguine infecto prognato patuit) cooptatus est. Nec multo post, Sal-
 manticam veteris Castellæ Ciuitatem, florentissimo literarum emporio percele-
 brem, D. FRANCISCVM NAVARRVM comitatus, proficiscitur. Vbi De-
 cretorum, & primæ tandem functionis Cathedras summo omnium applausu
 (ceu quoddam præcellentis suæ eruditionis, & laboru in Palæstra literaria olim
 exantlatorum trophæum) cæteris candidatis competitoribus nequicquam con-
 currentibus ac competentibus, obtinuit. Cumq; ibi annos circiter XIIII. Gym-
 nastæ munus masculo pectore obiisset, à Serenissimo Lusitanorum Rege IOANNE
 eius nominis III. vso in id DIVI CAROLI V. & AVGVSTÆ Regiæ so-
 roris, quin & D. FRANCISCI NAVARRI opera, in Conimbricam Lusita-
 niæ, confirmandæ Academiæ recens ibi id temporis erectæ causa, excitus fuit, mil-
 le aureorum annuorum mineruali constituto: quod postquam bisenos aut circi-
 ter annos primariæ functionis in iure Pontificio Cathedram rexisset, etiam rude
 donatus (iubilatum vulgus dicit) dum maneret vita, mereret. Itaq;, licet ægre,
 iucundam, perpetuamq; nominis sui memoriam Salmanticensibus relinqs,
 Conimbricam emigravit. Tandem vero vbi totos xv. annos magna omnium
 admiratione, Iuris oracula interpretatus fuisset, inq; Lusitaniam, vti antea in
 Salmanticam, solidam ac perutilem Iuris sapientiam inuexisset, Comitatus di-
 gnitate ac rude donatum, Conimbrica excedentem, vtraque Castella, & Nauar-
 ra gratulabundæ benignissimè exceperunt, eiusq; opera ac cõsiliis gratuitis xi.
 circiter annis sunt vsæ. Vbi sorori germanæ Regis, incomparabili Principi Lusit-
 aniæ IOANNAE AVSTRIACAE, eiusq; ex sorore Neponibus Bohemiæ Prin-
 cipibus, non solùm titulis auitis, ac patritis, sed etiam propria indole virtuũ,
 animorum, corporumq; gloriosissimis, à sacra delictorum expiatione fuit. Sub
 id tempus, Regis Catholici PHILIPPI huius nominis III iussu gemino, Illu-
 strissimi



strisimi Archipræsulis Toletani **BARTHOLOMÆI GARRANÇAE** Hispaniarum Primatis, causam defendendam suscepit, & tandem, ex ultimis earundem finibus, nempe Vlyssipone, eius rei ergo penè tunc octogenarius in urbem venit, ubi, ut & antea Pinciae in Hispaniis, quanta fide, cura, studio, iuuenili labore & Reipub. Christi. Zelo, solam Dei iustissimi omnium Iudicum Iudicis gloriam spectans, eam hæcenus propugnarit, nouit is cui animorum nostrorum sensus & intima consilia patent. Nec mora, urbem ingressus, in sacrum summæ Pœnitentiariæ Prætorium ab Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali **BORROMÆO** summo id temporis Pœnitentiario, cooptatus est. Ibi quantum doctrina & auctoritate valeat, argumento esse potest, quod pridem Illustrissimus Cardinalis **FRANCISCVS ALCIATVS**, Magno illi **ANDREAE ALCIATO** ut natura, ita virtutibus ac ingenij dotibus quàm simillimus, summus tunc Propœnitentiarius, quum sanctum virum aduersa valetudine conflictatū, quæ est humanitate & beneuolentia inuisisset, ingenuè, me audiente dixerit, Absente Nauarro, sacrum Pœnitentiariæ Prætorium uiris sane quidem omni disciplinarum genere clarissimis ornatum, ἀκίφαλον esse, adeoq; Illustrissimum illud prætorium ab eo ob diuinam scientiam, ferè pendere vniuersum. Cæterum, vitæ ipsius scenam qua etiam nunc octogenarius, & ætatis exactæ, capularisque senex, dum priscam illam patrum vetustorum simplicitatem ac sanctimoniam nobis repræsentat, totam urbem, imò verò orbem in sui admirationem rapit, velut in quadam breui tabella depingamus.

Magnus ille **AURELIVS AVGVSTINVS**, ut interim ethnicorum studia indefessa, ac perpetuam in literis venationem præteream, quum iam septuagenarius esset, non minus operosè exercuisse dicitur diuinarum literarum studia, quàm iuuenis media ætate fecerat: scripsit itaque plura, quàm quisquam legit, si verus est eius discipulus **POSSIDONIVS**. Is decipi eum opinione credidit, qui omnia quæ ipse scripsit, arbitretur sese legisse. **ORIGENIS** sena millia librorum legisse se **DIIVS HERONYMVVS** scribit, nec tamen tam longæuus ab opere & studio cessauit vnquam: tantiq; ingenij fuit & doctrinæ, ut septem amanuenses seu notarij sibi inuicem succedentes, uix ei sufficerent. Librarios habuit totidem, & puellas aptissime eruditas: quos omnes ingenij copia & ubertate effusa, defatigabat. Fuit præterea omniscii illius **DIUI THOMÆ AQUINATIS** lectio adeo diligens & pensiculata, ut nec in proximo stantes videre a loculi, neque interpellantium vocem audirent aures. Enimvero corpori sensus, ut animo adessent, suum quisque officium relinquere, aut certè relictæ præstare non potuerunt. Eximia quidem hæc, & omni æuo memoranda, sed quæ sanctissimi senis, si non superate, certe adæquare studia posse plane crediderim. Is adhuc ætate iuuenis, sed mente canus, ne quid obstreperent affectus cœlestem molienti vitam, voluptatibus cunctis bellum indixit, inedia, vigiliis & incredibilem vitæ austeritate rebellantem carnem spiritui seruire sollicitè docebat: tempus omne studiis & orationibus partiebatur, bonam etiam noctiū partem his operis addens. Minima portio dabatur somno, minor cibo, nulla otio. Cum verò etiam totos sexaginta & amplius annos in Iurisprudentiæ meditatione sudasset, tantum abest ut extremo senio iam confectus, de studio quicquam remisit, ut etiam indies augeat: nimirum assiduis, magnisq; laboribus ad omnem patientiam, ab incunte ætate corpus ita firmavit, & ad omnes labores callum obduxit, ut nullum non laborem iuuenili robore sustineat, nullaq; horam,

horam, quid dico horam? imò ne momentum quidem a spiritali profectu vacuam abire sinat. Fortis quidem & inuictus miles postquam luculenta sui animi, suæq; virtutis signa dedit, multis præliorum laboribus, ac periculis perfunctus, multisq; victoriis potitus, si non vacationem militiæ, & excusationem ætatis, at certè laborum remissionem ab Imperatore impetrat. Beatus verò hic senex tantum abest, vt extremo senio confectus, & rude donatus, studium imminuat, vt etiam illud adaugeat. Memini, dum in acerbam febrem iam pridem incidisset, eumque melius, & nominis ipsius studiosi viri graues deprecarentur, vt iam in tam longa ætate constitutus, velut receptui canens, à diuturna illa austeræ vitæ ratione, uix homini iuueni, athletico & bene firmo perferenda, abstineret: rationem ualeitudinis haberet: maioreque in otio quod superesset uitæ, exigeret: Memini, inquam, audire eius responsum, haud absimile cuidam non tam ethnico philosopho, quàm Christiano Theologo dignissimo Diogenis responso. Is admonenti ut iam senex quiesceret à laboribus. Quid, inquit, si in stadio currerem, an oporteret iam metæ uicinum cursum remittere, an magis intendere? Rectè nimirum sentiens, VIRTUTIS STUDIVM HOC MAGIS INTENDENDVM, QVO MINVS SUPEREST VITAE: quòd turpe sit ab honesto instituto refrigescere. TEMPORIS VERO (cuius vnus honesta avaritia est, cuiusq; iactura, nullam maiorem esse, solitus erat dicere Zeno stoicus) obseruationem vidi neminem: habet nimirum pectori insculptum illud Theophrasticum, πολυτελὲς ἀνάλωμα ἐστὶν ὁ χρόνος, seu, pretiosa impensa tēpus. Porro, somno tantum indulget, quantum ad perferendos diei labores sat purat. Neque vero in plumis, & molli Sardanapali strato requiescit, sed in duro lectulo, quem luctum verius dicere possis, vbi nimirum iacentis suspiria & gemitus, non ronchi exaudiuntur. Horas non amplius quinque dat somno. Tum nos (nam toto iā quadriennio, quæ diuina & eius benignitas est, studiorum ipsius & conuictus particeps sum) experrecti, antelucana oratione, & studiis auroram expectamus: quibus 4. aut 5. horis insistimus. Tandem in ædem sacram aut sacellum, quod Sanctissimi D. N. permissu domi suæ habet, prodiens, DEO OPT. MAX. immolat, diuinæque exoluit officia. Quibus peractis, ad intermissa studia in prandium vsque sese componit. Atqui, quum in summis deliciis, & maxima rerū affluentia viuere, escæ lautioris illecebras, & gulæ irritamenta sectari possit, mensa tamen illi simplex & frugi est, vt qui FRUGALITATEM, TEMPERANTIAM AC SOBRIETATEM VIRTUTVM OMNIVM MATREM dicere sit solitus. Semper autem lectione aliqua sacra cibum suum condit. Post epulas, grauis aliquis sermo aut de studiis, aut de officijs vitæ, statuq; Religionis ac Reipub. Christ. doctissimè simul ac prudentissimè inducitur. Quo finito, pensum precum (quas ob nullas unquam occupationes, aut morbos nisi semel ac iterum a medicis compulsus & conclamatus, totis 70. annis, quibus eas recitat, prætermisit) persolvere, ac paulisper quiescere solet, non tam vt dormiat, quàm vt sese colligat, & vegetior ad studia protinus redeat. Nec mora, (nisi ad negotia seria euocetur, aut ab aduentantibus & eum consulentibus interpellatur, interpellatur autem sæpissime) ad intermissa studia in cœnam vsque, quæ prandio similis est, sese comparat. Porro, salutatores, & salutationibus officii causa indulgentes amicos, χρονοφόρους vocare solitus est. Sub cœnam orationi cum suis domesticis sese dat. A cœna (honesto aliquo colloquio spiritu prius recreato) itidem facit. Tum demum in cubile se recipit. Nunquam tamen somnum init, nisi lectione aliqua

sacra fatigato somnus tandem obrepat. Hæc illa est studiorum sancti viri dispen-
satio. A qua quàm simus plerique omnes alieni, argumento est, quòd si vel se-
cunda hora nos legentes repererit, oscitamus manu faciem defricantes, contine-
mus stomachum, capitis vertigo nos infestat, & quasi post multum laborem, re-
bus ludicris & profanis animum laxamus. Ipse vero lectione assidua, & medita-
tione diuturna, pectus suum fecit bibliothecam Iuris: tantaque sceleritate omnes
totius eruditionis & Encyclopædiæ partes coniunxit, ut quæ vix singula repe-
rias in aliis, in eo mireris uniuersa. Testantur id, præter cetera, præclara inge-
nij ipsius munimenta, eruditorum ac piorum omnium in Reipu. Christ.
utilissima: ac in iis quidem Enchiridion seu Manuale confessoriorum & pœni-
tentium, quod lingua Lusitana primùm compositum, ac iam pridem Castellano
sermone donatum, postremò, auctum, locupletatum & recognitum, quàm plu-
rimis utriusque Hesperix magni nominis uiris, erudita pietate claris, auctori-
tate Pontificia Illustribus, quinetiam prima à suprema dignitate Illustrissimis ef-
flagitantibus, in Latio latinitate donauit. Licet autem rei dignitatem non parum
uerborum augeat, auresq; simul & mentes nescio qua suauitate, perfundat ele-
gantia: ipse tamen et si politioris literaturæ callentissimus, propter simplices
quosque multum in deiciendo sermone, & laconica breuitate laborans, non
elaborata (terfa tamen) uerborum oratione, plausuque populari, qui solet im-
peritorum aures demulcere, panibus uitam, non siliquis sustentandam ratus,
sua opera, & (mea quidem sententia) prudenter, descripsit: neque enim de nu-
mero eorum est, qui se operæpretium fecisse putant, si inuolucra quædam com-
pegerint, quæ OEDIPÒ coniectore, & natatore DELIÒ (ut de scriptis HE-
RACLITI dixit SOCRATES) indigeant, quibusq; GORDII nodus, la-
byrinthus DEDALI, SPHYNGIS ænigmata, numeri PLATONICI, LY-
COPHRONIS tenebræ, & SALIORVM uersus suis sacerdotibus uix be-
ne intellecti, comparari nequeant. Et certe SI ALTERUTRVM DESERENDVM
SIT, MVLTÒ MALVM, SINE ORATIONIS NITORE, COGNITIONEM
RERVM, QVAM SINE RERVM INTELLIGENTIA, INANEM VOLVIBILITA-
TEM LINGVÆ. Quis uero æquus rerum æstimator, diuini illius hominis
dicam, an beatissimi cœlorum Indigetis? THOMAE AQUINATIS, indi-
sertam sapientiam ineruditæ multorum loquacitati infinitis partibus non antepo-
nat? quàmuis si quis hæc utraque coniungere conetur, quis usque eo iniquus
futurus est, ut eius industriam contemnendam potius, quàm commendadam
existimet? Cæterùm, locupletissimam bibliothecam, & thesaurum pretiosissi-
mum rerum omnium ad functiones quotidianas, & animorum nostrorum salu-
tem necessariarum habere se nouerit, quisquis hoc unum NAVARRI Enchi-
ridion habebit. Ipse namque uelut sedula apicula, per amœnissimos disciplina-
rum omnium hortos circumuolitans, ex unoquoque quod est eximium, aranæ
sua uenena relinquens, ad illius mellificium iam totos 60. annos congestit. Neq;
uerò silentio prætermittendum, commentarium, seu (ut aiunt) lecturam ipsam
ordinariam, omniuga eaque recondita eruditione refertam, super uniuerso iure
Pontificio, multis uigiliis & lucubrationibus composuisse: quam ut Orbi Christ.
utilissimam fore non dubito, ita per sacra Canonum Placita eum rogo, ne illam
cum inuidiolis blattis & inertibus tineis diutius pugnatè sinat, tantumve bonum
Reipub. Christ. inuideat: Quin potius, prima quaque opportunitate oblata,
earum faucibus creptam, fidei typorum memoriæ committat, & publice. Il-
lud

1272
Iud vero eximium, atque omnino memorabile, quod tantus ipsi annorum nu-
merus, nil de iudicio, nil de memoria (qua secundum rationem nil dedit Deus
homini ad eruditionem præstantius, nil utilius, nil aptius, ut quæ est thesaurus
disciplinarum omnium, artiumque studio & labore quæsitatum custos fidelissi-
ma, & Iurisconsulto apprimè necessaria) nil etiam de cæteris animi potētis ab-
stulerit. **MITHRIDATES** Rex Ponti fertur duabus & uiginti diuersis natio-
nibus quibus imperabat, sua cuique lingua ins dicere solitus, & pro concione
singulas sine intermissione assari. **CYRVS** etiam Persarum Medorumque Rex, qui
immenso ductam exercitus, omnibus militibus nomen reddidit. **Quin & L.**
SCIPIO, quod æquè mirum videri possit, **POPULO ROMANO**. Superfuit, & **CAESAR**
RI DICTATORI id doni, qui scribere, & legere vno tempore, dictareque, & au-
dite sit solitus. Epistolas magni ponderis quaternas pariter dictabat, aut si non a-
liud egisset, septenas. Præclara hæc equidem, & omnino memorabilia, sed
quæ sanctissimi viri memoriæ, ac polytropiæ conferre, nil aliud sit, quàm scara-
beum aquilæ, vel culicem elephanti exæquare. Quis enim author, quem ille non
in promptu habeat? Quis angulus sacrorum canonum, ac legum (vt interim sacre
Theologiæ, historiæ, antiquitatis, adeoque artium omnium, quæ vel humano
ingenio repertæ, vel diuino beneficio nobis concessæ sunt, exactam cognitionem
prætereant) quem non accuratè perlustrarit? Quid tam abditum, Quid tam va-
rium, quod ille non in numero habeat? Quis sic vniuersam Iurisprudentiam
edidicit, imbibit, concoxit, versauit, meditatus est? An verò non præclarius, non
modò myriadibus Canonum, & legum, sed & §§. versic. & glol. tam digesta, &
tam præsentem memoria sua nomina reddere, Doctorumque abditissima quæque
dogmata adamussim callere, vt si quadam in tabella, aut prænitenti speculo inten-
tis oculis ea omnia contempleretur? Et quidem, quum omnes penè virtutes
corporis inuentur in senibus, & exundante in eis humore frigido, seu pigra qua-
dam effecti corporis hebetudine, vigor quoque heberetur animorum, rarisque
eius ætatis videre liceat non χρονολόγους, ætateque desipientes, seu deliros, ac cor-
pore malè affectos (quæ res contrito vetustate prouerbio locum fecit. **BIS PVERI**
SENES) dum hic podagia, ille chiragra: iste lippitudine, alius spalmo, fistula, het-
nia, phthisi, polipo, paralyti, tussi, alius delirio, mentisque alienatione, & id genus
alijs sexcentis animi, corporitue morbis infestatur: prosperrima tamen ipse frui-
tur valetudine. Non capitis, non stomachi infestatur doloribus, pedes imprimunt
stabilia certa que vestigia: Auditus ei penetrabilis: oculi etsi diuturnis laboribus
ac vigilijs caligantes, suo etiam nunc funguntur officio: vox sonora, corpus so-
lidum, vires cum ætate ita dissentientes, vt senis virtus in ipsa senectute senesce-
re nequaquam videatur. Non memoriæ tenacitatem, vt in plerisque cernimus,
exacta senectate dissoluit, non calidi acumen ingenij frigidus sanguis obtundit:
non denique tremula manus per curuos chartæ hamites errantè stilum ducit.
In summa, adolescentiam in extrema ætate, octogenario supra primum iam æta-
tis circulo reuoluto, verè beatus senex mentitur. Nimirum ipse cibi, ac potus par-
cissimus, omneque voluptatis illecebras, certissima vitæ humanæ venena, asper-
natus, per continentiam, & laborem vitam transigens, ieiunio (quod pro ludo
semper habuit) ceu muto quòdam aheneo, corpus animumque suum adue-
tus eiusmodi monstra acerrimè tutatus est. Nunc vero de abstinentiæ, & continentiæ
ædificiis; totius vitæ suæ integerrimæ amaro semine, fructus dulcissimos merit.
*Crassa, & obesa corpora quæ crescendi mensuram impleuerint, nisi protinus ablatione san-
guinis minuantur, in paralytici, & pessima morborum genera erumpere, ac degenerare.*


tradit in Aphorismis HIPPOCRATES Ideoque necessariã eis demptionem esse, vò
rursus habeant in quo possint crescere. Non enim in vno statu manere naturam corpo-
rum posse: sed aut crescere semper, aut decrescere: nec viuere animã, nisi crescendi ca-
pax sit. Et certè, quotusquisque quæso mortalium est, qui, vel trigesimo ætatis cir-
culo euoluto, vi morborum pressus, sese sanguine non minuerit? Rara avis in
terris, nigroque simillima Cygno. Hic vero senex, ita prudenter, ita grauer,
ita sobriè, omnem vitæ suæ cursum instituit: vt ad hunc vsque 81. ætatis suæ cir-
culum, nunquam sese sanguine minui curauerit. Verum eniã quædam QVVM OM-
NIUM RERVM PIETAS IN DEVM SIT FVNDAMENTVM, CVMCTAI MQVE SCIENTIA
RVM INFIRMA SIT GLORIA, NI PERPETVO ERGA SVMMVM DEVM AMORE, STV-
DIO QVE FVLCIATVR: adeoque ipsa Iurisprudencia nostra si tota profana sit, vix
suum tueri nomen satis possit: Operæ pretium fuerit, eius sanctimoniam eruditio-
ni coniunctã, obiter describere. Multos sane quidè videre est ætatis nostræ excel-
lentes viros, vna quapiam virtute excellenti, & eximia insignes: In quibus verò
omnes omnino virtutes omnem vim suã expresserint, præter hunc cognoui per
paucos. Et quidem animus eius ab omni humanarum rerum cura solutus, in
vnius Dei amore conquiescit: Quæcunque gerit, ea velut in illius oculis sese ge-
rere arbitratur (vsurpata per hæc vulgari sententia hispana. *Aqui esta Dios
adelante, que nos oye, y nos ve*) Itaque viuit, vt semper extremum diem, & no-
uissima sua cogitet. Nunquam in illius ore, nisi CHRISTVS, nunquam in illius
corde, nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia inest, nihil vnquam in eo sensi, quod
sanctum vitam non deceret, vt non hominem, sed angelum quendam humana
inter mortales versantem specie putes. Ecquem verò nõ moueant, vehementerq;
afficiant, quotidianæ illæ exhortationes, quibus nullam officij partem prætermit-
tens, ad Regnum Dei appetendum, & quærendum, verborum quasi sacibus ad-
motis, vnumquemque accendit? At vero si vitæ continentiam inspiciamus,
cibi, & potus parcissimus est, mero nunquam, dilutissimo, eoque per modico sem-
per vititur. Illud etiã cū primis memoratu dignũ, quod Quadragesima superiore
dies totos ieiunijs ducens, studijsque, ac orationibus transigens, ipse octoge-
narius ante solis occasum cibo aut potu corpus suum non reficiebat: nimirum
saturatus CHRISTO & studiorum oblectatione, non sentiebat esuriem: deliciasq;
seculi alpetnans, delicijs spiritus perfruebatur. Quæ uero humilitatem uere co-
lumbinam, & cultum eius sine cultu deprædicem? Equidem ipse omnem seculi
pompa pro purgamento habens, uanaque ducens uirgata, ut CHRISTVM
velut faciat, ornatum quem plerique gerunt in corpore, ipse in mente gellat. Ve-
lles lun. puolas, nitentes gemmas, latic porticus, aurata laquearia, postes auro
argentone radiantibus, parietes immundis simijs, scendentibus leonibus, biformi-
bus cætauris, satyris capripedibus, cornigeris faunis, maculosis tygridibus, sphyn-
gibus tricornibus, chimeris flammivomis, innumeris deniq; diuersissimarum
formarum monstris ac spectaculis, mitificè quidem diuitum oculos precenibus,
sed pauperum alium famelicam defraudantibus, miserorumque penis, & dam-
natorum labore luxuriantes, uarietatem supellectilis, opulentiam, dignitates, ho-
nores. aliãque id genus uanitatis atque elationis seminaria, ac malorum irrita-
menta, quæ suspiciunt mortales, tamquam lethifera vitæ uenena, in primis fugi-
enda ducit. Idem semper ei habitus, neglecta mundities, & inculta vestis, in qua
nullus omnino nitor, aut fastus, sed castigatæ potius humilitatis, modestiæ &
Christianæ simplicitatis (quæ crescentibus opibus Ecclesiæ, magnopere decre-
uit) significatio, mentisq; candidæ iudicium, ac seculi contemptus reluceat.

Arbitratur

Arbitratur nimirum beatus senex, indumentorum splendorem hunc, cultumq; corporis nimis accurratum, & plusquam Regium luxum, uis præsertim sacratis nequaquam conuenire, nisi forte ijs quibus nulla excellens uirtus auctoritatem uendicet, aut uenerationem, ut quod propria luce non possunt, externo fulgore oculos uulgi perstringant. At in quo uniuersa honestatis & modestiæ, ueræq; ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος eluceat species, maior certe gloria est, & hominum admiratio ex ueste uulgarî. Nimirum UT PVLCHRITUDO CORPORIS, APTA COMPOSITIO MEMBRORVM, MOUIT OCYLOS ET LEBECTAT, HOC IPSO QVOD INTER SE CINES PARTES CVM QVODAM LEPORE CONSENTIUNT, SIC HOC DECORVM, QVOD ELVCET IN VITA, MOUET, ET, CVM MAGNES QVIDAM, ALLIGIT APPROBATIONEM EORVM, QVIBVS CVM VIVITVR, ORDINE ET CONSTANTIÀ, MODERATIONEQVE OMNIVM DICTORVM, ATQVE FACTORVM.

Licet autem seueram & castam domi disciplinam seruet, non eam tamen tetricam, sed conditam liberali quadam comitate, urbanitate, & gratissima morum festiuitate: Dubium ut mihi sit, an admirabilis in eo doctrina humanitati, an humanitas eximia doctrinæ, an utraque sanctitati concedat. Pauperibus (quibus se magis inuidere, quàm purpuratis Regibus dicere solitus est) elemosynam manu propria distribuere gaudet. Quod olim (ne reprehendendum putes) Diuus Hieronymus Paulino præcepit.

Pauperibus (inquiens) & fratribus refrigeria sumptuum manu propria distribue, rara est in hominibus fides, non credis verum esse quod dico? cogita Iuda loculos. Nulli autem (Diui tibi instar) vnquam petentiam stipei & charitatis officia denegare solitus est, vixq; se vnquam buccellam vnâ edui, quin partem tuæ cœnæ pauperi referret, & quos aduersa ualetudine, uel egestate premi intelligit, indies cibo nutum subleuet: Ut quod olim Cicero CAESARI adscripsit, id non abs re ipsi a nobis tribui possit. Nullam de mututibus eius, nec admirabiliorem, nec gratiorē misericordia esse. Et certe quàm in egenos quolibet benenolo sit animo, uel hoc unum argumento esse potest, quod ipse pridem insigni pietatis Christianæ exemplo, is suscipiendis in sôlo suo natali xenodochium Diuæ suæ tutelari LUCIÆ SYRACVSIAE (cuius dies scilicet nascenti ipsi primus illuxit) sacrum instaurauit. Venio nunc ad animi ipsius libertatem & constantiam, qua tanta est, ut nil vnquam in dicenda sententia, aut metui, aut gratie det, nunquam ad cuiusquam nutum, aut voluntatem, orationem suam aut scripta accomodat, nihilq; prius aut antiquius veritate habeat: non inflecti gratia, non perfringi potentia, non adulterari pecunia potest. Tanta verò est ei prudētia ætatis diuturnitate collecta, tanta rebus in prosperis moderatio, inq; aduersis animi magnitudo, ut secundis nūquam effertur rebus, aduersis semper adhaeret: tantum abest, ut deprimatur. Idem ei vultus in omni re, eadem in omni casu mens est: O nobis fortunæ telis spreis, præter unam culpam & peccatum, nihil pertimescens. Quàm uero *ταπεινός* ac non ambitiosus sit, uel illud unum ab inde magno potest esse argumento, quod non se uel in Hispanis, aliq; Regibus, amplissimas dignitates & officia sibi ultro oblata, caducis mundi huius tam mundi honoribus omnium literarum & pœtaram animi quietem præferens, constanti se tenuerit. Sed quid opus tantis? Equidem ut faceret in la, y orationes esse ignam (nam si omnes eius uirtutes narrare uelim, mox surrexerit etiam uolu uis) ad unum dicam, cum tam sanctè uiuere, tamq; se graueret de se ipse quam tam, ut non modo criminis expers, sed ab omni etiam illius suspicionem sit alienus, adeoque de eo similitudine quam n. in g. quidē possit: dum nimirum fugere quod quæritur, retinet.



retur, quod a nullo putat esse credendum. Nihilominus tamen, quum Pius V. (qui Reipub. Christ. commoda ac Religionis negotia si quis unquam Pontif. Max. priuatis semper habuit antiquiora & potiora, cuiusque uirum expertis sepulchri gloria immortalisque memoria) meritis tanti uiri, & fama excitus, honore pilei coccinei ipsum exornare decreuisset: insurrexere homines maleuoli, & alienae felicitatis impatientes, qui, ut olim Σεραφώτου illius Iesu Christi acta & uitam innocentissimam hebraei Pontifices infamare ueriti non fuerunt, licet ueritate non potuerint, uirum tamen sanctum calumniis & inanis confectis rumoribus, lacerarint, tantum abest, ut cano capiti assurrexerint, & uenerandi senis personam (ut certe multis nominibus debuerant) honorarint. EO NIMIS INGENIO PLERIQUE OMNES MORTALES SVNT, VT MAGIS EOS CELEBRITAS FAMAE AD MALEVOLENTIAM, QVAM VIRTVS AD AMOREM INDUCAT.

*Vsq; adeo pensis, ac sancti nihil impia ducit
Inuidia, & caeco mens praua agitata furore.*

Atqui horum ille rabiem (crudelem eum esse existimans, qui famam suam negligit) etsi aduersus obrectatorum libidinem pugnet meriti magnitudo, & per omnes uitae partes sanctissime acta uita, (quae haecenus nil aliud fuit quam diuturnum perpetuumque martyrium) epistola apologetica, commentario quem de finibus humanorum actuum scripsit, adiuncta, refranauit. Tandem uero hisce uirtutibus & incredibili eruditionis fulgore, sic inclaruit apud uniuersos Nauarrei nominis celebritas, ut uiuens ea perfruatur gloria, quam post fata, & cineres mortalium paucissimi assequuntur; ac non modo ametur, sed colatur, sed spectetur, sed plausum ferat ab omnibus. Nimirum habet hoc illustris & excellens uirtus; ut species eius & pulchritudo, etiam in hoste posita, amoris nescio quos igniculos accendens, & quosdam honestae cupiditatis aculeos iniiciens, delectet, inque suum possessorem certatim omnium studia & ora conuertat. Tantum, inquam, illi famae & auctoritatis peperit uitae integritas, & eruditionis splendor, ut nominis ipsius celebritate ac fama adducti uiri Principes plerique, ac in ijs Illustrissimi Cardinales IOAN. RICCIUS Politianus, & IULIUS ANTONIVS Sanctorius Sanseuerinas, importune apud eum contederint, ut se manu excelentis alicuius artificis ad uirum effigi permitteret, in numerum uirorum illustrium (quorum ipsi simulachra studiose conquirent, sua illis Musaeae adornantes) referendum. Verum enim uero, id aliquam uel superbia, uel gentilitatis notam praeferre contendens, longeque satius ad posteros praecleara animi, quam corporis simulachra transmittere ducens (SVNT ENIM ANIMI LINEAMENTA PULCRIORA QVAM CORPORIS) ut suo id accedente calculo fieret, nunquam adduci potuit. Cuius rei haud ignarus ANTONIVS LANFRERIUS Burgundio, excellentem quendam artificem PHILIPPVM SOYVM Eburonem induxit, qui corporis ipsius effigiem clanculum, dum DEO OPT. MAX. immolaret, docta sua manu exprimeret, quae passim prostat & circumfertur, hoc addito disticho,

*Insignis forma, doctrina insignior, uir;
At superat Summi cultus utrumque Dei.*


Nimirum IVIDENTEM LAUS ET GLORIA VEL INUITVM SEQUITVR. Tantus uero tibi & urbi nominis ipsius splendor illuxit, ut ad eum ex omnibus pene totius orbis regionibus, ceu ad quoddam APOLLINIS PYTH. templum, certissimumque ius oraculo, illiusque unicuique huius seculi decus & ornamentum, certatim concurratur, si quid uel obscurum, uel dubium, uel controuersum, emergat: tamque parata est eruditionis uis, & potestas, ut & unus, & senex tot argumentis iullicat. Licet

2. 34
autem ANIMIS HOMINVM INNATA QVAEDAM OPINIO sit, VT DVNTAXAT
OPERAM SVAM IN HIS PONANT, QVAE COMMODYM ET FRVCTVS SINT
ALLATVRA, FRIGIDAEQ. esse soleant NOSTRAE ACTIONES, QVVM NVLLO
ACCENDIMVR PRAEMIO: ipse tamen B. Iuonis & Anargyrorum Cosmae & Da-
miani instar, omnibus prodesse cupiens, omnibus nationibus, omni sexui, omni
aetati operas suas gratuitas accommodat, & vitae huius commodis perpetuam
summi Dei gloriam anteponendam ratus, nil habet antiquius, quam talentum
sibi à Deo creditum à communem conferre utilitatem: non ignarus, FRV-
CTVM INGENII ET VIRTUTIS, OMNISQVE PRAESTANTIAE, TVM MAXI-
MVM CAPI, QVVM IN PROXIMVM QVEMQVE CONFERTVR, OMNEQVE
DONVM TANTO DIVINIUS ESSE, QVANTO FVERIT COMMVNIVS. Quumq;
totum penè illud genus hominum, qui ex alienis litibus victitant, quaestusque
sibi ex aliena stultitia colligunt, rationum suarum proram & puppim in pecunia
constituere soleat, eiusque oculos auri argenti que splendor ita perstringat, vt pul-
chritudinem virtutis, veritatemque ipsam intueri nullo pacto possit: aureo
hamo anguillas putres crumenimulgum illud hominum genus piscari rato, pra-
cipua cura est, vt falsa atque inani bonorum specie reiecta, ad veram solidamque
foelicitatem, quae in ipso Deo posita est, expedito cursu contendat. Non ipsius
mens oppressa praemio, non lingua adstricta mercede: sola ei charitas pro pra-
mio est, sola ei veritas ob oculos versatur. Cumque iure optimo studiorum ac
responsorum suorum mercedem a se consulentibus (ut caeteri assolent) exigere
posset, ipse tamen praeter oracula & responsa doctissima, operasque suas gra-
tuitas (quas nulli non promiscue impendit) quam plurimis etiam numos elar-
gitur; nonnunquam subridendo à me perquirens, an ea mihi aequa laborum suo-
rum merces videretur? Cui ego, mercedem se laborum suorum ac eleemosyna-
rum, si non in hoc, certe in futuro seculo & caelesti Solio, ad quod totis sensibus
anhelabat, ab omnium bonorum assertore, malorumque aequissimo vindice
Deo, cumulatissimam accepturum. Porro, de tangentibus animarum salutem,
etsi versatissimus in omnibus, etiam verbo cunctanter respondere solitus est:
Manu verò propria responsum vllum refragante conscientia, non firmaret, etià si
vniuersum orbem sese lucrifactorum duceret. Hic deplorare lubet, execrandam,
foedamque nostrae tempestatis iuriconsult. & Aduocatorum ab huius anargyri
vitae instituto planè alienam auri famem, qui si dolosi spes resulserit nummi (vt
dixit Satyrographus) per fas, nefasque, iurene an iniuria, viderit Aristarchus qui-
spiam, lactantes vana spe clientes, & calumnias Innocentiae, ac iustitiae struen-
tes, causas quaslibet defendendas suscipiunt. Quibus vtinam epistolis illa Apo-
stolica in mentem veniat. Quid prodest homini, si totum mundum lucretur,
animae verò suae detrimentum patiatur?

Multis hic illustribus testimoniis Nauarrei nominis gloriam confirmare pos-
sem. Et quidem eius testes sunt praecipui Hispaniae, & Lusitaniae Doctores, ac
Praesules. Et in his eius discipulus, DIDACVS A LEYVA, SEV COVARRVVIAS
Episcopus Segobiensis, alterum Hispaniarum decus, eorumque Illustrissimus Prae-
ses, seu Iurispraefectus, vt Caesarei & Pontificij Iuris callentissimus, ita populo
acceptissimus, qui praeter caeteros, Navarro eruditionem suam omnem, Quin
& eam ad quam euectus est dignitatem, literis nuper ad eum datis, quas legere
memini, ingenuè acceptam refert. Testis locupletissima est Hispania, testis Gal-
lia, testis Lusitania, ac nunc demum Italia ipsa, adeoque orbis totius caput, cae-
lique

lique vicaria Roma, Quid dico Roma? imò vero summus CHRISTI D. N.
 Vicarius vrbisq̄ue & orbis Episcopus GREGORIUS XIII. cuius de Nauarro
 præclarum isthic referre non alienum duxi elogium. Is paulo antequam ad cel-
 sissimum dignitatis inter Mortales solium maxima Principum Patrum consensio-
 ne eueheretur, quum ego ipse ei Apologiam illius de Reditib. ecclesiast. obtu-
 lissim; Lubens (inquit) munus hoc literarium suscipio, siquidem D. Doctoris
 Nauarri inconcussam, sanctamq̄ue & è iuris penetralibus depromptam esse do-
 ctrinam non addubito, eoque nomine eam veneror & anlector: præsertim
 quum ea eruditione, sanctitate, vitæq̄ue integritate sit D. Nauarrus, ut non nisi
 sancta & pia scribere, certò animum inducam; ac non modò scribere, verum-
 etiam quæ scribit, vita ac moribus exprimere, æqualem verbis vitam agere,
 optareq̄ue ut cæteri in sortem Domini uocati se imitentur. O singulare Sanctis-
 simi D. N. de diuino homine iudicium? Quis uero dubitet, quin quantum inge-
 nio, eruditione, consilio, pietateq̄ue ualet, tantundem nunc apud eundem in
 nauis Petri specula locatum, auctoritate ualeat & gratia? neque enim in
 amplissimo dignitatis culmine diuinitus constitutus, cuiates sint homines, qui-
 busve terris aut regionibus oriundi, at quibus moribus, quo ingenio, qua uirtu-
 te præditi sint, sciscitari, totumq̄ue in una uirtute constituere solet. Purpurati
 præterea ordinis Patres omnes, Episcopi, cæteri que Primates, Senatus etiam
 P. Q. R. eruditionis ipsius ac uirtutum admiratione succensi, eius amore & stu-
 dio incredibili flagrant, eum consulunt, atque suspiciunt. In summa, fatentur
 omnes, se qui sanctitatis, fidei, doctrinæ, religionis, charitatisq̄; illustrius præ-
 ferret exemplum, uidisse neminem. Et certè, quum totus sit probitas, totus
 candor, totus humilitas, nihilque præter Christum, ædificationem proximi, &
 literas cogitet: ferreus planè sit, & omnis humanitatis expers, qui non illū amo-
 re complectatur, colat, ueneretur. Quid autem de ea quæ supremæ proxima est
 dignitate, uelut iure ei debita, sperent, augurentur, & compitatum præ-
 dicent homines, nil opus est cõmemorare. Ipse uerò ab auiditate glo-
 riæ, & omni ostentatione planè alienus, tantæ ætati caducis ho-
 noribus onerari indecens ratus, solam præ oculis gloriam
 æternam, & omni sælicitate circumfluentè habet bea-
 titudinem. Qua nos summus ille Imperator,
 quum uelut milites suos, ex hac statione
 & rerum humanarum teterrima cali-
 gine euocarit, donare dignetur.

Amen.



CLARISSIMIS, AMPLISSIMISQUE VIK
DOMINIS, LUDOVICO MAGNO RVPEFORTENSI
Decano fratri, Antonio Ghenart Leodiensi Canonico, Ioanni
Brietio Diui Dionysij Leodii Decano, Francisco Frapontio
Iuriscōsulto, Illustrissimiq; Eburonum Principis Con
siliario, & D. Ioanni Ballano Diui Huberti
in Arduenna Priori, cognato suo.



S I M O N M A G N U S S.



N V O B I S Magni illius Nauarri, velut leui quodam penicillo ex-
pressam vitam, viri praestantissimi. Quam ideo plenius describere
suppuduit, quod canente poeta. Dicit beatus, ante obitum nemo, su-
premaque funera debet. Vt interim taceam, praeduri ac odiosi mune-
ris, nostra praesertim hac tempestate luctuosa, esse, viuentium mores
publicae censurae subiecisse, tanquam aliquanto certiore maledicentiae,
quam praemij vel laudis spe. Eo namque ingenio sunt plerique mor-
tales, vt non obscuro cum luore aliena legere, & aestimare soleant, libentiusque impro-
bent, quae excusari tamen aliqua ratione possent, quam comendat, si quae laude digna re-
periant. Cum vero clam Nauarro illam typis subiecissem, & iam iam e typographica
officina in lucem exire gestiret; sorte fortuna quidam eius alumnus eam me praelo sub-
misisse ipsi nuntiauit. Quod vt intellexit, me grauitate monuit, ne quam praelo subiectam
acceperat, manu extrema donarem, eamue euulgarem. Rem enim esse periculose alea
plenam, & obtrectatorum calumnijs patentem. Ego contra, veritatem coram Deo &
hominibus ingenua fronte depraedicandam esse protestor: adeoque non parum Reipub:
Christi interesse, praecleara virorum illustrium facinora ad caeterorum edificationem, fide
typorum memoriae committi. Imitatum me hac in parte illustrem illum Historiae sui tem-
poris, & illustrium virorum elogiorum Scriptorem Paulum Iouium Episcopum Nuce-
rinum, aliosque id genus clarissimos scriptores, qui non modo eorum qui naturae cesse-
rant, sed & viuorum fruebantur commercio, praecleara elogia, & vitas studiosae conscri-
pserunt. Quibus accedebat, quod instituti mei rationem probarunt complurimi viri gra-
uissimi: ac in his quidem Illustrissimus Cardinalis Alciatus, sub cuius auspicijs, haec no-
stra quantulacumque scripta (vt in sui sacrati nominis purissimo fonte sordes eluant) pro-
dure volumus: Pyrrhus Tarus Sanctissimi D.N. Prouocarius. F. Paulus Constabilis Sacri
Palatii Magister, & Franciscus Ramirus a Peralta. Quibus sane, & eorum similibus,
dum non displiceam, quid reliqui sentiant, parum laboro: quandoquidem vt omnibus
eadem probentur, fieri vix posse non ignoro. Tandem vero a multa vtrunque discepta-
tione ac deliberatione, cum, licet reluctante & inuitum, in meam penes sententiam per-
traxi. Et licet vt publicaretur consentire omnino noluerit, id tamen taciturnitate qua-
dam modesta, arbitrio meo (dum culpam omnem in me suscipio) reliquisse visus fuit:
Imitatus tamen Magnum illum Gregorium I. Pont. Max. quem tanta humilitatis fuis-
se memoriae proditum est, vt se nullo modo laudari permitteret. Vnde & Stephano Epi-
scopo

Qui cum in epistolis suis laudauerat, sic scribit: [Multum mihi, & ultra quam
merui, fauorem in vestris epistolis demonstratis. Et quum scriptum sit,
ides hominem in vita sua, tamen etsi audire talia dignus non fui, orationi-
vestris peto, ut dignus efficiar, ut sint in me bona quae dixistis.] Quicquid
eius rei sit, malui, vel cum nominis mei discrimine, spretis vitiligatorum & syco-
phantarum calumnijs, sanctissimi senis vitam publico mortalium vsui cognoscen-
dam euulgare, quam tanto honore Rempub. Christi. defraudare. Vos in-
terim viri praestantissimi, valete, & hanc Nauarri v. m. quam,
ceum certissimam priscæ illius uitæ Christianæ normam, mi-
hi ac vobis pridem collegi, quo mittitur animo
suscipite: meq; uti soletis, amate.

Romæ, Idib. Octob. anno Domini supra sesquichiliadem, LXXIV.

